

TESTIMONIALES POSSESSIONIS ADEPTÆ 189

parochialis Ecclesie S. Laurentii Martyris loci "Fontanelle-Boves"

Anno Domini millesimo ~~non~~gentesimo decimoquarto die vero
vigesima octava mensis iunii hora undecima

in Ecclesia parochiali titulo S. Laurentii et Martyris loci vulgo
"Fontanelle-Boves" huius Cuneensis Diocesis coram adm.

Rev. D.^{no} Sacerdote Matthæo Pellegrino Paroco
Vic. For. oppidi "Caraglio"

specialiter in actis ad id delegato, testibus, atque Cancellario infrascri-
ptis, personaliter comparuit Sacerdos Blasius Augustinus

Pellegrino a Bovisio

qui exhibens et realiter producens Litteras Curiae Episcopalis
Cuneensis die 13 Junii 1893 datas

quibus de Beneficio parochiali
huiusmet Ecclesie provisus fuit, in eoque institutus; petit et instat ad
mentem et tramitem dictarum Litterarum se in veram, realem, actualem
et corporalem possessionem eiusdem parochialis Ecclesie, eique forsan
adnexorum, jurium, bonorum, fructuum, reddituum, obventionum, emolu-
mentorum et pertinentiarum quarumlibet poni, mitti et induci; posi-
tumque missum et inductum manuteneri atque defendi cum plenitudine
juris Canonici; simulque de præmissis singulis sibi fieri et concedi
testimoniales.

Et prædictus specialis Delegatus reverenter exceptis et lectis præfatis
provisionis et institutionis Litteris sibi in forma authentica exhibitis,
requisitioni sibi factæ libenter annuens, certiorque effectus prælaudatum
huius parochialis Ecclesie, uti præmissum est, provisum canonicis civi-
libusque in re sanctionibus satisfecisse, atque in similibus adimplenda
adimplevisse, accessit una cum eodem principali requirente, testibus et
Cancellario infrascriptis ad altare majus huius parochialis Ecclesie,
perfrequenti adstante Populo, ibique brevi facta oratione, eundem Sa-
cerdotem Blasium Augustinum Pellegrino hic præsentem,

sic instantem et requirentem in veram, realem, actualem et corporalem possessionem huius ipsius parochialis Ecclesiae ab ipso legitime adeptæ titulo Archipresbyteratus eique forsân adnexorum, fructum, redditum, bonorum, jurium, emolumentorum, obventionum et pertinentiarum quarumlibet per amplexum et deoscultationem altaris, sacræ Pyxidis tactum, candelabrorum et pulvinaris amotionem et repositionem, Fontis baptismalis inspectionem, Sedis confessionalis occupationem, aeris campani pulsationem, aliosque actus in similibis fieri solitos posuit, misit et induxit; ponit, mittit et inducit, nemine opponente vel contradicente; eundem Blasium Augustinum Pellegrino Parochum et legitimum Rectorem huius parochialis Ecclesiae recognovit, recepit ac salutavit; atque uti talem a Clero et Populo, quibusque expedierit, recognosci, recipi et salutari mandavit, comminatis in contradictores et rebelles quoslibet ecclesiasticis censuris ad juris normam, testimonialesque desuper requisitas concessit, quas ego infrascriptus Cancellarius forma et tenore præmissis exaravi, legi et publicavi coram præfatis principaliter comparentibus ac testibus notis, vocatis ac rogatis, qui omnes subscripserunt

Sac. Augustinus Blasius Pellegrino Archipresbyter
 Bergia 8^{mo} Parochus C^{us} Prior Cathedralis
 Compens. Can. ~~aus~~ ~~parochus~~ ~~parochus~~ ~~parochus~~ ~~parochus~~
 Canonicus Joannes totus Populus Archip. S. Mariae, testis
 Theod. Franciscus Cornelli Helenus Testis
 Sac. Romanus Joannes Justis
 Bernardus de Joannes Baptista

Sac. Mathæus Pellegrino Episcopalis delegatus
 Theod. Antonius Eggero Cancellarius Episcopalis